

4166.

1347 d. 5 April.

Upsala.

Ärkebiskop Hemming vidimerar sin företrädares Ärkebiskop Peters d. 11 Jan. 1337 utfärdade tillståndsbrief för Johan Geysmer f. d. borgare i Stockholm, numera i Lybeck, att stifta ett altare med präbenda i S:t Nicolai kyrka i Stockholm, samt stadfästar den gåfva, hvilken bemälde Geysmer och dess arfvingar gjort till nämnda altare af åtskilliga gods, gifvande i årlig afkastning 8 mark lödigt silfver, i öfverensstämmelse med det af Ärkebiskop Peter bestämda vilkor. (Jfr. N. 4162).

Vidim. afskr. på perg. i Sv. Riks Arch. \*)

Vniuersis presentes litteras inspecturis Hemmingus miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis Salutem in domino sempiternam. Noueritis. nos litteras. reuerendi in christo patris. fratris petri. dei gracia archiepiscopi vpsalensis predecessoris nostri bone memorie, necnon honorabilium virorum, dominorum, prepositi, et Capituli eiusdem ecclesie nostre vpsalensis non rasas, non abollitas, non cancellatas. nec in aliqua sui parte viciatas, set omni suspicione carentes sub veris eorum sigillis, tenorem qui sequitur, continentes Omnibus presens scriptum cernentibus. Frater petrus &c. *Se N. 3274.* Nos igitur hemmingus archiepiscopus prefatus, diligenti consideracione et computatione vera, vna cum capitulo nostro dilecto habitis, inuenimus prenominatum gysmarum. suos heredes. et procuratores eorundem. tot terras, seu predia, in diuersis villis ruralibus nostre dyocesis emisse, quot [o: quod] earum vel eorum obuenciones et redditus annui, vsque ad valorem octo marcharum puri, ponderis stokholmensis ascendunt, eidemque altari, dictas terras, seu predia, cum earundem terrarum seu prediorum libertate, proprietate et comoditate. necnon emolimentis, ac vniuersis suis attinenciis et iuribus. per quendam antedictorum heredum certum ad hoc nuncium, in nostra, et predicti capituli nostri presencia ad vsus presbiteri ibidem seruituri. perpetuo assignasse. Et idcirco dictam assignacionem, iuxta voluntatem eiusdem gysmari, fundatoris altaris memorati. rite et legitime factam. ratam et gratam habentes, eam cum modis et condicionibus suprapositis, cum consensu dicti capituli nostri, ratificamus. ac eciam auctoritate ordinaria confirmamus. In cuius fundacionis. assignacionis. et confirmacionis euidentiam plenioram, sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri presentibus est appensum Datum in loco capituli vpsalensis Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> quadragesimo septimo, quinta die mensis aprilis.

4167.

1347 d. 8 April.

Örebro.

Konung MAGNUS tilldömer Godsven Byteroff en half gård i Stydilstad, hvilken Riddaren Carl Bengtsson hos honom pantsatt och, ehuru flera gånger kräfd, icke inom bestämd tid återlöst.

Orig på perg. i Grefliga Braheska Bibl. på Skokloster.

Nos magnus dei gracia. rex suecie noruegie et scanie Constare volumus. omnibus euidenter. quod nos discreto viro godzsueno byteroff. presencium

\*) Intagen i en af Stockholms Rådmän den 18 April 1347 utgifven vidimation.